omnibusq. et singulis in eadem inscriptione conditionibus punctis et clausulis se et successores suos satisfacturum et praemissa libenter passurum neq. eo nomine ipsi N. et suis posteris ullam litem moturos inscribit et obligat perpetuo. Quam quidem memorati Judicii recognitionem Generosus etc.

Lra Bestium ad capitaneos

Magce N. Fid. nobis dilecte necessitatibus Regni nostri exigentibus Generalem Bellicam expeditionem una cum Senatoribus et Consiliariis nostris decrevimus Primas idq. Bestium literas praemittere ut iis Nobilitas ad arma excitetur nobis est. Mandamus itaq. Fid. Tuae ut primas mox ut redditae fuerint Alteras vero quatuor hebdomadis Voce Praeconis pro templis in foribus ac aliis locis publicis proclamari iubeat atq. ad Nobilitatis praefecturas suas perferendum curet Interea tamen Judicia Castren. exerceat et ut Terrena quoq. celebrentur det operam Pro gratia nostra et officii sui debito etc. Datum etc.

Donatio Castellanatus.

Significamus etc. Quia habentes in nos cognitam fidem et observantiam atq. in Rempublicam singulare studium et bene merendi affectum Generosi N. quem occasione sese offerente et ante semper antequam numerum Senatorum nostrorum per nos esset relatus declarabat et sueusq. declarare non cessat Dignum esse censuimus ut illum ad altiorem dignitatis gradum promoveremus Itaq. per assecutionem Pallatinatus vacante Castellanatu N. ipsum eidem Generoso N. contulimus atq. Castellanum N. declaramus praesentibus Per ipsum Generosum N. bene ipsum Castellanatum N. cum omnibus iuribus et praerogativis tenendum etc.

Expectativa post mortem alicuius

Significamus etc. Quia grata recordatione prosequentes fidelia servitia nobis praestita Generosi N. Tum etiam perspectam habentes ipsius industriam fidelitatem ac diligentiam in administrandis servitiis nostris Ideo erga eundem munificentiam nostram Regiam declarare volentes hanc praerogativam eidem Gnoso N. praesenti Privilegio nostro concedimus, ut ipse et non alius sit primus expectans officii aut alicuiusuis beneficii post mortem Generosi N. quamprimum cuius excesserit Promittimusq. verbo nostro Regio et his literis fidem facimus quod cum prima et proxima vacatio contigerit non alius sit quam praefatus N. expectans vigoreq. praesentis Privilegii nostri possessionem primi et proximi vacantis apprehendat